DISPUTATIO MEDICA ORDINARIA,

DE

LAPICIDINA MICROCOSMI In CAPITE,

Quam

DEO JUVANTE

In Antiquissima Germaniæ Universitate Archi-Palatina

PRÆSIDE

DN. GEORGIO FRANCO,

MED. AC PHILOS. D. ET P. PRIM. UNIVERSIT. PRO-CANCELLARIO, FAC. MED. SENIOR. ALIQUOT S. R. I. ELECT. ET PRINCIPP. ARCHIATRO, ACAD. LEOPOLDINO-IMPERIAL. NATUR. CURIOSS. ET ITALIC. RECUPERATORR. COLLEGA, C. P. CAES.

DOMINO PATRONO, PROMOTORE, ET PRÆCEPTORE SEMPER VENERANDO.

d. ☿. 28. Januar. Anno cIↄ. Iↄc. LXXXVIII.

defendendam suscipiet H. L. S.

In Brabeuterio Universitatis

PHILIPPUS FRIDERIC. de HASSELT,

Molshemio-Alsata.

HEIDELBERGÆ, Typis JOH DAVID BERGMANNI,
Walter. Heredis, Elect. & Acad. Typogr.

PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. NICOLAO GVILIELMO BECKERS,

LIB. BARONI DE & IN WALHORN,

S. R. I. AC REGNI HVNGARIÆ EQVITI,

NEC NON

AVGVSTISSIMI ET INVICTISSIMI ROM. IMPERAT.

LEOPOLDI. I.

CONSILIARIO ET ARCHIATRO PRIMARIO,

MAECENATI MEO GRATIOSO.

Hanc Diſſertationem Medicam
In Ejus Meritorum maximorum debitam Venerationem
& devotiſſimi mei obſequii τεκμήριον

DO, DICO, CONSECRO,

Servus deditiſſimus

PHILIPPVS FRIDERICVS de HASSELT.

BREVIARIUM.

§. 1.

CApitis prærogativa. 2. hinc in supremo loco corporis situm. 3. ob hoc comparatur Arci 4. & Cœlo, quippe Græcis ὀυρανὸς & πόλος audit. 5. cur in supremo collocatum? 6. Est sedes animæ, rationis & intellectus. 7. Hinc sacrum habebatur, partim propter sternutamenta. 8. partim quod per illud jurarint. 9. partim quod nutu pacta confirmet. 10. Hinc Jovi sacrum 11. nec olim comedebatur. 12. Sed serta et Coronæ ei imponebantur. 13. et interdum pro toto homine ponitur. 14. in partu fetus capite primum in lucem prodit exceptis Cæsaribus & Agrippis. 15. Auctores qui capitis encomium canunt. 16. Nihilominus præ reliquis partibus magis morbis est obnoxium. 17. in specie calculis seu lapidibus. 18. uti patet per observationes. 19. quod testantur varii Auctores. 20. & inveniuntur in calvaria extus & intus; immo totum Caput petrefactum. 21. In Cerebro hominis inventi testibus multis Auctoribus in genere.

22. &

22. & in ſpecie 23. exemplo Kentmanni. 24. Garneri 25. Schelhammeri 26. Grœnevelti. 27. Et in brutis exemplo Menzelii. 28. Cerebrum petrefactum in bove Svecico. 29. Et Patavino. 30. Quomodo lapides in cerebro generentur? 31. Exempla in dextro cerebri ventriculo 32. in plexu Choroide. 33. In glandula pineali; cujus tamen uſus multis eſt inſignis. 34. exempla in ea arenularum. 35. 36. 37. et lapidum. 38. an ideo quid derogent? 39. circa meninges calculi. 40. item in nervo optico. 41. in oculis, ubi de lacrymis petrefactis. 42. in palpebra et ciliis. 43. in auribus. 44. in naſo. 45. in oſse cribriformi. 46. in nare dextra. 47. in palato 48. & faucibus ac collo. 49. in gutture 50. ac tonſillis. 51. ut & maxillis. 52. in gena 53. circa dentes. 54. 55. 56. ſub lingua.





B. C. D.

§. 1.



APITIS ſumma omnes inter humani corporis partes uti eminentia, ita & prærogativa atque dignitas eſt primaria, adeo, ut *Joh SPERLINGIVS diſp. Phyſ. de Capite Humano in prœloquio, VVitteberg.* 1648. ſtatuat in eo plura & majora miracula, quam in univerſo Terrarum Orbe.

§. 2.

Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terram,
OS *homini* SVBLIME *dedit, cœlumq; tueri*
Juſſit, & ERECTOS ad ſidera tollere VVLTVS.

recte ita canente *NASONE Metam. l.* 2. 53. Supremum igitur meritiſſimo ſuo in corpore caput obtinet locum, quod & olim Magnus COVS *l. de Glandul. f. m.* 53. dixerat: ἡ κεφαλὴ ὑπέρκειται ἄνω κοίλη ἐοῦσα καὶ περιφερής. id eſt, *Caput cavum & rotundùm* SVPERIORE PARTE *ſitum eſt.* Rationem videtur rei exprimere *STAGIRITES l.* 1. *H. A. c.* 15. hiſce: ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ πᾶσιν ἄνω πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν. Ὁ δ' ἄνθρωπος μόνος, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὸ τοῦ ὅλου τελειωθεὶς, ἔχει τοῦτο τὸ μόριον, quod eſt *Theodoro GAZA* interprete: *Caput itaque ceteris omnibus* ſuperiorem obtinet ſitum, *corporis ſui ratione. At homo, quoniam* (ut modo diximus) *ad univerſi Orbis habitum inſtitutus eſt, id circo partem etiam iſtam habet reſpondentem parti ſublimi Vniverſi.* Conf. *Cal. RHODIGIN. Lect. Antiq. L. XX. c.* 12. *p. m.* 733.

§. 3. Immenſum ita edito capite non incongrue poterit comparatio inſtitui, inter illud & ARCEM, quippe quod & hoc

hoc ipſo gaudet nomine; Siquidem *VICTOR VTICENSIS*, ubi deſcribit Vandalicam tyrannidem, vocat ARCEM CAPITIS. C. *BARTHIVS l. 1. Adverſarior. cap. 4. f. m. 9.* ait: ARX CAPITIS, quaſi ſpecula pulcre dicitur, confirmatque ex *Q. SERENO Sammonico, CLAVDIANO, ALCIMO Arito l. 1. ISIDOR. l. 19. c. 23.* ac *THEODORO PRISCIANO l. 1. c. 1.* Et communiter ſacra Palladis arx audit.

§. 4. Nec arci ſolum, quin ipſi COELO comparatur, ob eminentem in corpore locum & ſitum. Hinc *EVSTATHIVS in l. Iliad. Homeri* ait ap. *HOMERVM* Οὐρανὸν ab Antiquis pro capite accipi, teſte *Cœl. RHODIG. l. XX. c. 13. p. m. 735.* & *Andr. LAVRENT. l. X. Anat. c. 9. f. m. 388.* Eandemque dubio procul ob rationem & Πόλος caput notabit, ceu obſervavit Magnus *SALMASIVS in Exercitt. Plinian. in Solin. f. m. 636. b.* ex *Julio POLLVCE l. 2.* & *HESYCHIO.* Quod videre eſt etiam in *Ioh. CRISPINI Lexico Græco Lat. p. m. 1325.* ubi hæc: Πόλος *etiam dicitur capitis vertex, cranium, totaque calvaria, POLL.* Conf. *H. STEPHANVM in Theſ. Græc. Tom. III. f. m. 464. F.*

§. 5. Excelſitatis vero hujus varias varii proponunt cauſſas. *Situm eſt caput in editiſſimo loco* (utor verbis *Andr. LAVRENTII l. X. Anat. c. 1. f. m. 384.*) *quia ex PLATONICORVM doctrina intelligentem animæ facultatem, tanquam reginam & principem in ſublime adtolli oportuerat, ut iraſcibilis & concupiſcibilis, tanquam famulæ, illi ſubſervirent, ejusque gubernaculo regerentur. GALENVS non propter oculos caput conſtructum putat, ut ei imponit AVERROES (ſolius cerebri gratia conditum eſt) ſed propter oculos ſupremum locum caput occupaſſe ſcribit. Nam cum oculi ſint velut exploratores, interdiu noctuque nobis excubantes, editiſſimum poſtulabunt locum. Neque vero oculis tantum, ſed etiam reliquis ſenſibus maximum uſum præſtat hic capitis ſitus; olfactus enim adſcendentem vaporem melius excipit, vox ex alto melius exauditur.* Eadem fere habet quoque *lib. VI. Anat. c. 1. f. m. 211.* Ὁμόψηφος huic ferme eſt *G. BLASIVS ad Vesling. Syntagm. Anat. c. XIII. p. m. 174.* ubi hæc: *Supremum caput natura fecit tres maxime ob uſus, ſeu cauſſas principales. (1) Vt parti nobili, quale Cerebrum eſt, obtingeret locus nobilis.*

(2) Quod

(2) *Quod organa sensuum exteriorum supremum locum obtinere debuerint, & cerebro esse vicinissima, ut ex eo loco, velut ex specula, omnium rerum species melius recipere atque cognoscere queant.* (3) *Vt homo residentis cerebri hujus altitudine de rerum cœlestium ac proinde Creatoris in cœlo residentis contemplatione moneretur.*

§. 6. Multæ adhuc sunt excellentiæ capitis, præter situm illum excelsum, quarum non ultima est, quod *sit sedes animæ rationalis & mentis atque intelligentiæ, qua summus rerum Opifex homini nihil dedit præstabilius*, judice *Camillo Richerio* RHODIGINO *in Præfat. XI. ad Patrui sui Ludov. Cœli* RHODIG. *lib.XI. L.A. p.m.* 1. Τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας σχεδὸν εἶναι ἐν κεφαλῇ id est, *collocatam esse in capite sensuum propemodum omnium sedem* scribit ATHENÆVS *l.* 2. *Dipnosoph. c.* 24. *f. m.* 65. ubi *If.* CASAVBON. *in Animadv. f. m.* 136. dicit voculam σχεδὸν rectius debere omitti, comprobatque ex HIPPOCR. ARISTOT. & GALENO inesse Cerebro κυρίαν αἴσθησιν, idemque esse συμπάσης αἰσθήσεως τε καὶ τῆς κατὰ προαίρεσιν κινήσεως ἀρχήν. Sic ARISTON *Peripateticus lib.* 2. *Amatoriorum* scribsit πάσας τὰς αἰσθήσεις ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι ap. Eund. ATHENÆVM *lib. XV. Dipnosoph. c.* 4. *f. m.* 674. Et jam olim divinus PLATO *in Timæo* statuit caput divinissimæ rei sedem esse & habitaculum referente MERCVRIALI *l.* 1. *Pract. Med. c.* 1. Hinc illud LAVRENT. *l.* 2. *Anat. c.* 24. *f. m.* 64. vocat nobile membrum & divinitatis particeps & *l. VI. Anat. c.* 1. *f.* 211. & *l.* 2. *c.* 7. *f.* 47. ait rationis esse particeps atque animæ sedem; eodemque modo VESLING. *Syntagm. Anat. c. XIII.* appellat caput nobiliorum animæ functionum sedem Conf. P. PAW *Osteolog. part.* 1. *c.* 6. Illud quoque animæ sedem genuinam esse fuse probat *Nicol.* HOBOKEN, *l. de sede animæ in Corpore part.* 2. *cap.* 3. *art.* 1. § 15. *seqq.*

§. 7. Olim igitur Caput tanquam rem sacram venerati sunt veteres MERCVRIAL. *l.* 1. *Pract. Med. c.* 1. & CASAVBON. *l. a.* Hinc illud ARISTOTELES *Sect. XXXIII. problem.* 7. vocat θειότατον, quod repetit paullo post *probl.* 9. & simul in hoc appellat ἱερώτατον τόπον, *partem sacerrimam*; & hoc comprobant à sternu-

ſternutamentis, quibus tanquam ſacris bene precemur: Conf. omnino *Lud.* SEPTAL. *in Comm. ad h. l. f. m.* 416. *ſeq. & Iſ.* CASAVBON. *in Animadverſſ. ad Athenæi l.* 2. *Dipnos. c.* 25. *f. m.* 137. *& Martin.* SCHOOCK. *diſſ. pecul. de ſternutatione.*

§. 8. Aliam quoque ſanctitudinis illius in capite rationem petunt, quod per illud olim JVRARINT. ATHENÆVS *lib.* 2. *c.* 25. *f. m.* 66. inquit: Ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν: καὶ τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῆς πταρμοὺς προσκυνεῖν ὡς ἱερούς. Quod DALECHAMPIVS ita vertit: *Quod autem* ſacrum Caput olim exiſtimaverint, *indicio eſt* jurandi per ipſum *conſuetudo*: Et ſternutamenta, quæ ex ipſo prodeunt, adorandi, veluti ſacra. Ad *h. l.* CASAVBON. *f. m.* 137. ita: *Iuraſſe veteres* Hebræos, Græcos, Romanos per caput ſuum *translatitium & omnibus notum eſt.* Confirmat hoc ex VIRGIL. *l.* 9. *Æn.* & HOMERI *Iliad.* XV. *atq;* MALDONATO *Andr.* PINTO RAMIREZ *in Spicileg. Sacr. tract.* 1. *c.* 39. §. 1. probatque ex *Emanuel* VEIGA Soc. Jeſ. *l* 1. *de rebus Æthiopiæ Orientalis cap.* 8. apud MAHOMETANOS ORIENTALES adhuc eandem jurandi formulam perennare. Sic ſcribit *Mich.* HEBERER. *l.* 1. *Ægyptiac. ſervitut. cap.* 17. *p. m.* 77. in Africa contactum capitis ſummum notare juramentum. Hunc morem jurandi per caput *Hugo* GROTIVS *in doctiſſ. annot. ad Matthæi. V.* 36. *f. m.* 60. *b.* probat ex VLPIANO, OVID. MARTIAL. & SYNESIO. Conf. ALEX. AB ALEX. G. D. *l. V. c.* 10 & LAVRENT. *l. X. Anat. c.* 9. *f.* 388. CAMERAR. *Cent. V. memorabil.* 9. *p. m.* 9. I. DRVSIVS *ap. Matthæum* POLVM *in Synopſi Criticorum in Matthæum f. m.* 177. habet ex R. D. KIMHI: *Jurant homines per id, quod multum amant; ut* per Caput, *&* per animam. Per caput, *id eſt,* per vitam, *quæ ex capite prorſus pendet,* *Lucas* BRVGENSIS *ad d. l. Matthæi.* PISCATOR ad *eund. l.* ait non intelligi rem, quæ tanquam teſtis citatur in jurando, ſed rem, quam promittimus nos daturos, niſi veri juraverimus. Sic multi Germanice: Ich will meinen Kopf zum Pfande ſetzen. ÆGYPTII quoque teſte ABEN EZRA, jurabant *per* CAPVT REGIS, quod jusjurandum, qui violabat, capite plectebatur. Conf. plura ap. *Ioh.* LIGHTFOTVM *in Horis Hebraicis ad Evangel. Matth.*

h. l.

h. l. p. m. 103. ex *TALMVD. SANHEDR. cap.* 3. *halac.* 2. *Robertum SANDERSONVM l. de Iuram. Obligat. Præl. V.* §. 2. Maxime vero apud Doctiss. atque Celeberr. *Joh. Frid. MIEGIVM*, Fautor. & Colleg. nostrum honoratiss. *in accuratiss. Comm. ad Maimonid. tr. de Iuramentis Cap. XI. p. m.* 129.

§. 9. Eadem sanctimonia capitis elucet inde, quod NVTV ejus pacta confirmarent, teste *A.* LAVRENT. *Anat. l. X. c.* 9. *f. m.* 388. De hoc ATHENÆVS *l.* 2. *c.* 25. *f. m.* 66. ita: Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς συγκαταθέσεις βεβαιουμένας τῇ ταύτης ἐπινεύσει. ὡς καὶ ὁ Ὁμηρικὸς ζεὺς φησὶν,

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ ἐπινεύσομαι ——.

id est vertente DALECHAMPIO: *Quin etiam, quæ assentiuntur & comprobant*, Capitis nutu confirmandi, *quemadmodum Iupiter apud Homer. (Iliad. A.)*

Eja age, nunc Capite annuo ——.

§. 10. Ob Majestatem hanc videtur quoque apud Ethnicos, nec ob aliam caussam; in consecratione partium corporis humani certo cuipiam DEO, JOVI cessisse, ut nimirum caput, suprema pars, supremo Deorum consecraretur, vide hac de re *Lil. Greg. GIRALD. Syntagm.* 1. *Deorum Gentil. & Hadr. IVN. l.* 1. *Animadv. c.* 12. apud *ROSINVM lib.* 2. *cap.* 19. *p. m.* 245. *Antiqq. Romm.* His adde *Hadr. IVNIVM l.* 4. *Animadvers. c.* 12. *p. m.* 174. *Nathan. CHYTRÆVM. PONTAN. Alex. ab ALEX. RAMIREZ.* & *VRSINVM* ap. Disertissimum Evangelii nunc ap Hamburgenses Præconem, Excell. Dn. D. *I. Frid. MAYERVM*, Fautorem & Amicum conjunctissimum *in Lance Satura, Lucubrat. Historico-Philol. XIX. p. m.* 71. *seq.* Cui adde Eruditissimum Virum *I. C. FROMMANN.* Medicum CL^mum^ in *diss. Inaug. de Capitis dolore in præfat.* quem amicissimum mihi vel publice laudare volui.

§. 11. Nec aliam ob caussam veteres Philosophi vetabant non solum capita parentum Comesse, verum etiam animalium, quantumvis immunda & profana sint, narrantes, priscos homines ab iis religiose abstinuisse quod nim. collocata sit in capite omnium sensuum sedes. Vide *ATHENÆVM l.* 2. *Dipnos. c.* 24. *f. m.* 65. *& ad h. l. Animadv. CASAVBON. f. m.* 136. *seq.*

§. 12. Ob maximam capitis dignitatem eidem olim in genere CORONÆ & SERTA IMPONEBANTVR, uti conteſtatur *ARISTON Peripateticus lib. 2. Amatoriorum* apud ATHENÆVM *lib. XV. Dipnoſoph. c. 4. f. m. 674.* Immo ipſis Regibus Coronæ & diademata, vide *Salom. ALBERT. in Hiſt. Partium Corp. hum. p. 1. & 2.* ac *SPERLING. l. a. & PASCHAL. de Coronis.* Eandemque ob rationem Sola Principum capita auro, ære vel marmore ſculpta in pretio ſunt *Andr. LAVRENT. l. X. Anat. c. 9. f. m. 388.* è quo habet CAMERAR. *Cent. V. memorab. 9. p. m. 9.* & forte SPERLING. *l. d.*

§. 13. Quin immo haut raro pro TOTO Caput ponitur homine, teſte *Cæl. RHODIG. l. XIV. L. A. c. 18. p. m. 293.* & ex TERENT. *ac* PLAVTI *Moſtell.* 4. 143. comprobat AVCTOR FORI ROMANI *Tom. 1. f. m. 494. b.* & VALER. FLACCO. Hinc & ap. German. præcipuè in militia, homines denotantur per capita. e. g. Diſer General hatt ſo vil Köpfe unter ſich. Quod nec in aliis etiam linguis inſolens eſt. Forte quia caput eſt principium noſtri corporis, *hinc per conſuetudinem apud omnes* PRINCIPIA RERVM *appellantur* CAPITA, uti innuit MERCVRIAL. *l. 1. Pract. Med. c. 1.*

§. 14. Nec immerito in partu naturali, fetus caput primum ex uteri clauſtris in auram hanc vitalem prorumpit, vide HIPPOCRAT. *l. de ſuperfetat.* HARVEVM, *Cl. de la* COVRVEE, P. PAW *part. 1. Oſteol. c. 6. ap.* CAMERAR. *Cent. V. memorab. 9. p. m. 8. Th.* BARTHOLIN. DIEMERBROCK. ETTMVLLER. aliosque quam plurimos. Qui vero vel ex utero matris exſecantur, vocantur CÆSARES, ſicuti primus hoc nomen meruit Scipio Africanus, teſte *Rod. à* CASTRO *l. 4. de morbb. mul. c. 3. p. m. 442.* ROVSSETVS *de Partu Cæſ. ſect. 1. cap. 1. Eraſm.* VNGEPAVR. *Exerc. Juſtin. 1. Qv. 2. p. m. 3. ſeqq.* C. T. RANGO *tr. pecul.* de Jul. Cæſ. *Carol.* SIGON. *de Nom. Propr. Rom. Valent.* FORSTER. *diſſ. 1. ad Inſtitt. §. 2. Excell.* BRVNO *Lex. Med. p. m. 201.* vel pedibus primo prodeunt, adeoque inverſo ordine, hi audiunt Agrippæ, quod ægro partu editi

ſint,

ſint, vide PLINIVM *l. VII. H. N. 8.* per totum & ad *h. l.* DALECHAMP. *Iod. Bad.* ASCENS. *comm in Salluſtii vitam*, *Reald*. COLVMB. *l. XII. de re Anat.* & *Heinr. ab* HEER. *obſ. med. XIV. p. m.* 184. *R. à* CASTRO *l.* 4. *de Morbb Mul. c.* 5. *p. m.* 455. AGELL. *l. XVI.* (non XV. uti VOSSIVS allegat.) *c.* 16. *N. A.* SOLIN. *c.* 4. SALMAS. *in Exercitt Plin. f. m.* 31. VOSSIVS *in Etymolog. f. m.* 15. *b.* AVCTOR. *Fori Rom. Tom.* 1. *f. m.* 177. *b.* CARANZA *de Partu cap. XX.* §. 19. *p. m.* 690. PHILOXENI *Gloſſæ* & NONIVS ap. VOSS. *l. a.* P. PAW. *l. a ap.* CAMERAR. *l. d.* aliosque.

§. 15. Plura qui deſiderat de Capitis encomio, evolvat, ſi volupe eſt, Platonicos ap. *Cæl.* RHODIG. *l. XX. L. A. c.* 1. *p. m.* 732. *A.* LAVRENT. *l. X. Anat. c.* 9. *f.* 388. *Iacob.* BARTSCHIVM *Exerc. Medicinal. ex Fernelio V. in præfatiuncula*, *Præſide* I. R. SALZMANNO Argentor. 1623. Excell. atque Celeberr. Archiatr. J. S. ELSHOLT. *in Curioſa Anthropometr. cap. XI. p. m.* 45. & Doctiſſ. GARMANN. *de Mirac. Mort. l.* 1. *tit.* 1. §. 2.

§. 16. Sicuti autem

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ graviore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes;

teſte HORAT. *l.* 2. *Od.* 10. *v.* 9. *ſeqq.* Ita etiam ipſum caput haud raro a variis petitur malis. Non male SENECA *l.* 2. *de Clementia c.* 2. *p. m.* 484. A capite bona valetudo: Inde omnia vegeta ſunt atque erecta, aut languore demiſſa, prout animus eorum viget aut marcet. Sic *Frider.* LOSSIVS *in Concil. Med. XXIV. p. m.* 104. ſcribit: *Ex omnibus vero membris*, Caput, *Sapientiæ & rationis domicilium*, Pluribus *&* Gravioribus *affligitur morbis, cum primaria affectione, tum communis lege conſortii, aliisq; partibus ſubjacentibus uberem & fecundam miniſtrat morborum cauſſam.* Conſentit *I. C.* DIETERICH *in Iatreo Hippocrat. n. CCCCLX. p. m.* 624. dicens: *Caput præ ceteris omnibus partibus plurimum patitur, plurimas deſtillationes ad ſubjectas partes transmittit, eſtque ægritudinum ferax, omniumque fere malorum radix ac ſcaturigo.* Adde *Gualt.* BRVEL. *in Praxi Med. Tab.* 1. *f. m.* 1. Immo jam

olim HIPPOCRAT. *c.* 4. *de morbis* ait inter omnes corporis noſtri partes maxime omnium morbis caput exerceri, citante MERCVRIAL. *l.* 1. *Pract. c.* ſ. *f. m.* 1. qui confirmat illud omnium maxime à morbis tentari; & illud innumera prope genera morborum tentare.

§. 17, Vt innumerum malorum numerum ſicco, quod ajunt, transgrediar ſocco, ſaltim hoc unum hac vice operoſe agam, ut commonſtrem in Cœlo illo mortali, in arce hac Palladis, in ſapientiæ hoc delubro: in ſancta hac parte, inque tam nobili membro etiam eſſe deteſtandam & ignobilem admodum lapicidinam.

§. 18. Cum autem exemplis obſervationum, ut locupletiſſimis teſtibus rectiſſime doceamur, & quaſi efficaciſſimis argumentis confirmemur, uti ſapienter admodum hac in eadem materia pronunciavit Doctiſs. *I. G.* SCHENKIVS *l. de Lithogeneſia in Epitome Theorica*):( ):(1. *b.* Ideo & nos varia quæ multo labore & aſſiduitate hinc inde conquirere potuimus, exempla, ea qua accepimus trademus allegabimusque fide, illisque & noſtras Amicorumque obſervationes per ſingulas fere corporis partes ſubinde connectemus atque admiſcebimus.

§. 19. In CAPITE igitur inveniri lapides aliquam multi confirmant AVCTORES, uti *Ant. Muſa* BRASAVOL. *Comm. ad aph.* 79. *l.* 4. *ap. I. G.* SCHENK. *cap.* 1. *Lithogenes p. m.* 1. *&* 3. *atq; c.* 6. *p. m* 9. *& c.* 8. *p. m.* 16. *Phil. Iacob.* SACHS: *diſſ. reſponſ. de miranda lapp. natura p. m* 96. *Nicol.* FRANCHIMONT. *de Lithotomia in princip.* Sic HOLLERIVS *in ſchol. XLV. obſervat lapides* in Capite generatos teſte STEPH. ROD. *Caſtrenſ. l.* 4. *de Meteoris Microcoſmi c.* 16. *f. m.* 216. *Th.* BVRNETT. *Theſ. Med. Pract. l.* 3. *ſ.* 3. *p. m.* 106. JÆPSER. *manud. ad vitam longam p.* 3. *c.* 3. *p. m.* 534. Sic Dn. de POLLWEILER in capite & veſica fellis calculos habuit, quorum videndorum copiam mihi fecit Medicus Lotharingicus, ait *Franciſcus* BORNIVS *Hiſpanus de Madrigal. ap. Ioh. Matth. in Conſil. citante* SCHNEIDERO. Et in Capite boum repertos ſcribit ex PLINIO, BORELLVS *Cent.* 1. *obſ.* 5. Hi dolorem in Capite faciunt, & quidem incurabilem teſte

Doctiſſ.

Doctiss. *Guern.* ROLFINC. *in Epit. Cognosc. & Cur. partic. Corp. aff. l. 1. p. 1. c. 1. p. m. 4.*

§. 20. Circa CALVARIÆ OSSA frequenter nasci scribit FONSECA *l. 1. c. 5. de Calculor. remed.* Romæ 1586. in 4. Sic In Cranio Anteriore lapidem Lutetiæ habuit mulier, HOLLER. ap. *I. G. SCHENK. c. 1 Lithogenes. p. m. 1. &* SCHOLIOGRAPH. HOLLERII *ibid.* addunt sæpe calculos Cranio adhærere. Intra vero Cranium natum lapidem refert *Ioh.* CVLMANNVS *in Obs. ad Ioh. SCHENCK. l. 1. Obss. Med.* Conf. *Th.* BARTHOLIN, *Cent. 1 hist. 33. &* BORELL. *Cent. 2. obs. 61.* Ita *Andreas* LACVNA *comm. ad cap. 5. l. 4. de locc. aff. Gal.* cum aliis nostratibus Anatomicis quosdam lapides intra Calvariam conspexit, Teste *Thom. a* VEIGA *ap. I. G.* SCHENCK *Lithogenes. c. 1. p. m. 1. & 3.* Immo Totum Caput Hominis Petrefactum videndum præbuit Horti Pisani Porticus *P. I.* SACHSIO, ceu testatur *in diss. respons. de natura lapidum miranda p. m. 85.*

§. 21. In CEREBRO autem, Viscerum Monarcha, quis inveniri crederet calculos, nisi tot probatissimorum Auctorum Observationibus convinceretur quam plurimis. Testes laudantur RVEVS, GESNERVS, SCHENCKIVS, *Corn.* GEMMA, MERCVRIALIS & alii apud *Athanas.* KIRCHER. *in Mundo Subterran. l. VIII. s. 2. c. 3. f. m. 51.* BRASAVOLVS, *Th. a* VEIGA, *Andr.* LACVNA, SCHOLIOGRAPHVS ANONYMVS *in annott. marginal. ad l. 1. Gal. de locc. aff. Ioh.* CVLMANN. *in obss. propr. quos* citat *Ioh.* SCHENCK. *l. 1. Obs. Med.* Ex HOLLERIO, KENTMANNO, GEMMA, BORELLO, LVDOVICO, MORALI, SCALIG. CARDAN. *Steph. Rod. à* CASTRO & RITZENIO confirmat *C. V.* SCHNEIDER. *l. 3. de Catarrh. c. 7. p. m. 235.* WIERVS *de Malef. aff. c. 16. n. 2.* HOLLER. *l. 1. in Schol. ad cap.* 48. *p. m.* 402. *Marcell.* DONAT. *l. 4. Hist. med. mirab. c. 30. Ioh.* PFEIL ap. KENTMANN. *l. de Calc. in homine p. m. 2.*

§. 22. In specie vero de observatis in Cerebro calculis evolvantur *Corn.* GEMMA *l. 1. Cosmocrit. c. 6. Leonh.* BOTALLVS *tr. de Catarrho* ap. LVBERTVM *in Apolog. pro Paradox. VII. decad. 2. Tom. 2.* ZWINGER. *in Theatr. V. H. f. m. 491.* PLATER. *Prax.*

tom. 3. *l.* 2. *c.* 15. *Guil.* FABRIC. *Hild. Cent.* 1. *obs.* 11. & *Cent. V. obs.* 1. *I. B.* CORTESIVS *part.* 2. *Med. Pract. c.* 36. *f.* 414. *Casp.* HOFMANN. *Apol. pro Galeno l.* 3. *p.* 2. *s.* 7. *c.* 209. *lit. O. Melch.* SEBIZIVS *disp.* 1. *de Crisib. parerg.* 8. SENNERT. *Prax. l.* 1. *p.* 1. *c.* 38. *Dan.* BECKHER. *l.* 1. *Med. Microc. c.* 15. *I. C.* DIETERICH. *in Iatreio Hippocr. p. m.* 713. VNZER. *l.* 1. *de Nephrit. c.* 5. *p. m.* 33. J. J. WEPFER. *l. de Apoplex. p. m.* 281. *Gotfr.* MOEBIVS *in Fund. Physiol. c.* 21. *p. m.* 604. *Christian.* LANGIVS *in Miscell. Curios med. n. XII. p. m.* 32. MERRET *in Pinace rerum natural. in Britannia p. m.* 210. *Theophil.* BONET. *in sepulcreto lib.* 3. *sect.* 14. *Obs.* 14. *in schol.* KIPPING. *in Institt. Phys. l. VI. c.* 4. §. 3.

§. 23. Rem tamen pro instituti, sed brevitatis ratione paucissimis quoque illustrabimus exemplis. Apud *Ioh.* KENTMANN. *l. a. p. m.* 2. *n.* 1. refert *Ioh.* PFEIL t. t. Medic. Florent. in Nosocomio se ex incurabili capitis dolore ægrum mortuum dissecuisse, atque in capitis aperto cerebro lapidem reperiisse, magnitudine & forma mori, colore vero quasi pullo & cinericio. Ex Eodem, ut & ex C. GEMMA refert *Steph. Roder.* CASTRENS. *l. IV. de Meteor. Microcosm. c.* 16. *f. m.* 216. & *I. G.* SCHENCK. *l. de Lithogenesia c.* 1. *p. m.* 2.

§. 24. In Patritio Veneto prope basin cerebri lapidem compressum, Taleri nummi instar, sed non omnino rotundum, cinericei coloris reperit D. GARNERVS, Medicus Austriacus in Obss. ap. *Theophil.* BONET. *in Sepulcreto l.* 1. *sect. XX. Obs.* 4. *f. m.* 347. additque illum os cuneiforme & olfactus meatus plane impediisse, adeo ut nec olfacere, nec exspuere potuerit. De hoc & infra sub Naso.

§. 25. In homine robustissimo, in quo multa rara notatuque digna Anatome detexit, in capite ad falcis dextram partem occurrebat calculus, parvus quidem mole, pisum enim non æquabat, sed silicem duritie & candore æmulans, depressior ubi adhærebat, rotundior versus cerebrum. In depressiori latere duo signa, punctula rubentia, ac si venæ & arteriæ, cum nondum lapis esset, huc in nutritionem insertæ vestigia referrent. Eum asservo, Illustris Societatis scriniis, inter rariora reponendum, si gratum esse accepero, oblaturus, sunt verba Viri Ingeniosiss. D. D. *Gunth.*

Christoph.

Christoph. SCHELHAMMERI *in Ephem. Germ. Cur. Dec. II. Ann. I. Obs.* 131. *p. m.* 332.

§. 26. Calculos varios in cerebro ADAMI STVARTII Phil. Prof. in Academ. Lugdun. se observasse allegat *Ioh.* GRÖNEVELT. *Diss. Lithologic. artic. V. p. m.* 5. Edit. Londin. 1687. quos extraxerat se præsente CL. *Ioh. van* HORNE Anat. & Chir. PP. Lugdun. celeberr.

§. 27. Sed ab homine propter analogiam quandam declinemus ad bruta. D. *David* SPILENBERGER misit Berolinum calculum in cerebro DAMÆ repertum, quique fabam majorem crassitie, magnitudine & figura ferme retulit. Totus ille candicat, & tenui cuticula est investitus, altera extremitate parum asper, parvis nempe tuberculis obsitus: Intus substantia penitus est alba, instar cretæ aut gypsi, cujus naturam habere videtur: Ceterum calculo quovis levior, nec pondus unius drachmæ superans, ceu scribit Excell. *Christian.* MENZELIVS *Dec. II. Ann. I. Ephem. Germ. Cur. obs.* 32.

§. 28. Notabilior adhuc videtur historia sequens. Illustr. D. D. *Thom.* BARTHOLINVS, *Cent.* 3. *Epist.* 8. & Cent. VI. Hist. Anat. 91. hæc habet: Rarissimis exemplis adnumerandus est BOS SVECICVS qui superioribus annis mactatus, elusit lanii securim ab ictu resilientem, ob cerebrum universa sui substantia & mole in lapidem conversum. Ille bos in pascuo quidem cum aliis bobus incedebat, sed semper prono in terram capite, ut macie confectus tandem culinæ vulgari adjudicaretur. Cerebrum ipsum lapideum cum cranio adhuc fertur asservari in prædio Comitis OXENSTIERNII, ubi hæc acta sunt, retulitque qui vidit Ill^mus Legatus Dn. STHENO BIELCKE.

§. 29. Similem historiam alterius bovis in vicino Patavii pago ad Monachos D. Justinæ spectante è relatione *L.* SCHRÖCKII refert I. T. SCHENCK. *in Ephem. Germ. Cur. Ann.* I. *obs.* 26. *p. m.* 92. Scilicet fuse hanc historiam repetit Celeberrimus Dn. D. *Luc.* SCHRÖCKIVS, Com. Pal. & Med. Cæsar. Fautor & Collega noster honoratissimus in doctissimis *Schol.* ad *Ioh. Helvvigii Obs.* CXLVII. *p. m.* 392. *seqq.* & confirmat ex literis *Caroli* OFFREDI de 5.

Mart.

Mart. 1674. Patav. & *Sebast.* SCARABICII *in pecul. libell.* A. C. 1678. de hoc ostento edito, è quo laudatus Dn. SCHRÖCKIUS historiam affabre extraxit. Conf. qq. super hac re Beati Dn. *Phil. Iac.* SACHSII *schol.* ad dictam observationem J. T. SCHENCKII; & ibid. citatum Excell. *Georg. Sebast.* JUNGIUM, nec non CL. D. J. J. *Wencesl.* DOBRZENSKI *Ann. I. Ephem. Germ. Cur. Obs.* 100.

§. 30. Quomodo autem in cerebro lapides generentur, docet prolixe Fautor & Amicus noster venerandus CL. *Theophil.* BONETUS *in sepulcreto l.* 1. *s.* 1. *c.* 12. *in schol. f. m.* 68. Quamvis Excell. Dn. D. *Ioh Valent.* SCHEID. P.P. Argentor. in doctiss. *diss. de duobus Ossiculis in Cerebro Humano Quæst.* 3. per tot. Operose conetur evincere plerasque nisi omnes calculorum in cerebro historias esse sublestæ fidei, cui tamen Viro amicissimo in hoc neutiquam accedere possumus; cum tot Cordatorum & Argo oculatiorum Virorum observationes tam in hac, quam in aliis omnibus corporis partibus prostent; quos deceptos una omnes nolim judicare: quin si in reliquis omnibus partibus, quidni & in cerebro possit ejusmodi fetus Gorgoneus produci? Rursus non unius ejusdemque generis sunt calculi, alii enim silicei, alii porosi, alii tophacei &c. Interim magnos inde Ortos dolores aliosque affectus supra laudati Auctores contestantur. Immo cerebri meatus comprimi posse à calculis, & inde oriri memoriæ læsionem ac oblivionem, statuit Doctiss. *Ioh. Iac.* MEIERUS *disp. Inaug. de Memoria læsa* §. XI. *Basil.* 1677.

§. 31. Sed specialius deveniamus ad regiones & partes certas quasdam cerebri, & ibi lapillos inventos reperiemus. Sic in DEXTRO VENTRICULO CEREBRI adolescentis fatui, XIV. annos nati invenit A. C. 1667, d. 8. Junii calculum colore albicantem, & grana XII. pendentem Curiosissimus Dn. *Theodor.* KERCKRING. *Obs. XXXV. p. m.* 77.

§. 32. In MEDIO PLEXUS CHOROIDEI (quem affabre describit Eruditiss. *Steph.* BLANCARDUS *in Anat. Reform. cap. X. p. m.* 95.) calculum reperit Dn. D. WEPFER, inquit Cl. SCHNEIDERUS *l.* 3. *de Catarrh. c.* 7. *p. m.* 235. Nimirum laudatus hic Vir,

senex

ſenex Venerandus *in Hiſt.2. Apoplect. p. m.* 10. ſcribit ſe in fœminæ, fere ſeptuagenariæ plexus choroidei medio calculum gypſeum, candidum, aſperum & inæqualem, ſeminis lupini magnitudine inveniſſe; alios quoque in utraque plexus parte, ſeminis milii & majore magnitudine hinc inde diſperſas vidiſſe. Idem illuſtris ille Machaon D. D. WEPFERVS, Fautorum & Amicorum candidiſſimus literis de 9. Januar. 1686. Scaphus: ita ad me: *Noſti me bis jam in glandula pineali calculos reperiſſe; aliquando cum hydatitibus etiam in plexu choroideo.*

§. 33. *In* GLANDVLA PINEALI vero, tantopere à CARTESIO ſubtili & ſequacibus laudata, & pro animæ genuina ſede habita (vide CARTES *lib. de Affect. art.* 31. 32. & *tr. de Homine*, Celeb. *Theod.* CRAANEN *in Praxi Med. Reform. cap. VII.* Rem tamen refutant *Th.* BARTHOLIN. *in Anat. Ref. l.* 3. *c.* 6. Conf. ROLFINC. *meth. med. conſult. l.* 2. *Conſ.* 4. *p. m.* 76. WHARTON. *Adenograph. c.* 23. *p. m.* 140. & *Nicol.* HOBOKEN. *de ſede anim. part.* 2. *cap.* 5. per totum *Thom.* WILLIS *Anat. Cerebr. c.* 14. MALPIGH. *Exerc. de Cerebr.* HERFELT *in Philoſophico Hominis lib.* 2. *c.* 4. §. 194. *p. m.* 61.) quis credat inveniri arenulas & lapillos? Excell. D. D. *Joh. Conr.* BRVNNERVS, Collega & Amicus Conjunctiſſimus, hodie Facult. noſtræ Decanus ſpectabil. in ſuis ad me literis ita: *In Anatome decollati glandula pinealis præ reliqua cerebri ſubſtantia fuſca & obſcuri coloris fuit, facile abſceſſit à ſede ſua. Non equidem in lapidem, quod obſervavit* Venerand. WEPFERVS *noſter, converſa fuit,* Sabuli *autem* multum continuit *Arx celſa hæc animæ. Contrectata tandem diffluxit.*

§. 34. Idem videntur confirmare & aliorum obſervationes. *Regnerus de* GRAEFF. *de ſucco pancreat. cap.* 7. *p. m.* 587. plus quam vigeſies invenit in GLANDVLA PINEALI CALCVLOS & ARENVLAS. Ex eodem repetit D. *Ioh. Theod.* MOEREN *in Ephem. Germ. Cur. Dec. II. Ann. IV. obſ.* 128. Adde his *Franciſc. de le Boe* SYLVIVM ap. DIEMERBROECK *Anat. l.* 3. *c.* 6. *p. m.* 365. & P. BARBETTE *Anat. Pract. l.* 2. *p. m.* 114. Sic in Typographi cujusdam glandula pineali à *Ioh. v.* HORNE inventæ ſunt aliquot arenulæ duriſſimæ & pellucidæ,

 ceu

ceu refert Acutiss. *Ol.* BORRICH. ap. *Th.* BARTHOLIN. *Cent.* 3. *Epist.* 97. *p. m.* 420.

§. 35. Arenulæ autem non sufficiunt, nunc ad lapillos ipsos aditum parabimus in GLANDVLA PINEALI repertos. *Christoph. de* COCK à Kerkwyck Prof. & Med. Sylvæduc. *in Disp. Anat.* A.C. 1670. d. 31. Julii habita scribit in suas manus senem quendam ad ultimum vitæ punctum ratione sua interea probe utentem incidisse in cujus defuncti capite cum Chirurgo Ord. *Ioh. van* DRIEL invenerit Glandulam Pinealem in lapidem transmutatam, *magnitudinis* dimidii *fere pisi.* Et addit: *In hydropicorum capitibus etiam recenter mortuis, ut & in aliis longo morbo confectis glandulam pinealem omnino esse colliquatam.* Et PLEMPIUS *in Præf.* glandulam illam lapidosam esse in multis hominibus, quibus integri motus ac sensus statuit.

§. 36. Ex eodem Conario (ita enim Græcis audit à figura nuclei pini) calculus exiguus, pisi quartam partem æquans & subrotundus erutus narratur, ait *Nicol.* HOBOKEN. *de sede Animæ part.* 2. *c.* 5. *art.* 7. §. 1. Et in Glandula Pineali puerperæ duos lapillos rotundos ad lentis fere magnitudinem invenit *Job. von* MEEKREN *Obss. Chir. cap. LV. p. m.* 371. additq; se multoties ejusmodi calculos in hac glandula alibi invenisse. IDEM *in Append. Obss. Chir. cap.* 3. *p. m.* 487. in Viri 84 ann. denati glandula pineali duo ossicula sive lapillos, quantitate capitis acus invenit: quod ait etiam asseruisse D. *Francisc. van der* SCHAAGEN. Magnificus D. D. WEPFERUS in supra laudatis literis ad me, fatetur se bis in glandula pineali offendisse lapides. Sic Cl. *Henr. Ger.* HERFELT *in Philosophico Hominis lib.* 2. *cap.* 4. §. 194. *p. m.* 161. ait: *Calculus aliquoties ab Anatomicis in ea est repertus.* IDEM hoc *Ibid. c.* 16. §. 386. *p. m.* 402. hoc confirmat exemplo, ubi Celeberr. D. D. BARBECK Med. P.P. Duisbergensis in infanticida, quæ in carceribus exspiravit, invenit non solum cordi polypum innatum, sed & calculum in glandula pineali & vesicula fellis.

§. 37. Lapides itidem in eadem aliquot in dissecto cadavere invenit P. BARBETTE, Pract. Amestelodam. expertissimus,

præsente Medico Cl^mo D. *Matthæo* Slado ceu refert Blasius *nott. ad Vesling. Syntagm. Anat. c. XIV. p. m. 206. b.* Sic Cl. Sylvius *inventis in glandula Pineali calculis, ut certe me præsente reperit frequenter* (sunt verba Celeb. *Ol.* Borrichii *in Actis Hafniens. Vol. V. obs. 81. p. m. 194.*) *jocari solebat, convenire eos animæ Cartesianæ, ut illa his insidens, tanquam è throno marmoreo partibus subjectis jus diceret: Erat enim* Cartesii *asseclis infensior.* Ex Sylvio, Barbett, *de* Cock & Plempio *in præf.* hoc confirmat *Hermannus* Giffenius *in Paradoxo Philosopho Enervato contra Cartesianos Qv. XXIII. §. 4. p. m. 264. seq.* Scilicet Barbette *Anat. Pract. l. 2. c. 2. p. m.* 114. habet. Quamvis Cl. D. D. *I. V. SCHEID. l. a.* itidem has observationes adhuc videatur vocare in dubium.

§. 38. Interim Auctor *Oeconomiæ Animalis part. 2. Qv. 16.* statuit nihil referre, nec officio ejus repugnare quidquam utut calculi seu lapilli ibi reperiantur. Adde qq. *Ludov. de la FORGE in nott. ad Cartesii tr. de Homine p. m.* 114. Verum nos olim in *Disp. Privato publ. IV. A. C. 1679. d. XI. Octobr. habita* §. 5. hoc in quæstionem vocavimus, & tandem addidimus hanc glandulam plane defuisse apud *Alard. Hermann. CUMMEN. in Ephem. Germ. Cur. A.* 1670. & *Matthiam* Paisenium *Ephem. Germ. Cur. Ann. IV. & V.* atque *KERCKRING. Obs. Anat. 35.*

§. 39. Circa Meninges etiam repertos calculos scribit Excell. D. D. Wepferus *de locc. aff. in Apopl. p. m.* 281. Adde omnino *Isaac.* Cattier *obs. XV.* In crassa meninge ad sinum tertium interdum lapides inveniri dissectio detexit, ait *VESLING. in Syntagm. Anat. c. XIV. p. m. 199.* & *ad h. l. BLASIUS in notis*: Nec solum supra meningem duram lapides inventi, sed & infra illam; ut inter alia testatur exemplum à Bartholino *Hist. 85. Cent. 2.* allatum. Sic Fabric. *Hildan. Cent. 1. Obs. XI.* in aperto capite filii Dn. Bernhardi ab Hazveld, Dn. in Wildenberg, lapidem ex gypsea materia concretum, & membrana inclusum, in posteriore parte capitis, inter duram & piam matrem invenit fortiter adhærentem. Pariter in Pastore cephalalgia diuturna eaque gravissima vexata post mortem, aperto capite

inter

inter duram piamque matrem è regione ſiniſtri cerebri ventriculi duriſſimum Scrupulum grani hordeacei magnitudine, ipſamque calvariam ibidem loci enormiter extenuatam deprehendit Excell. D. *G. A.* MERCKLIN. *Anno VIII. Ephem.Germ. Cur. Obſ.* 48. additque rarum exemplum & cui ſimile non ubivis obvium. Præter enim hoc noſtrum, apud unicum PANAROLVM, quantum ego quidem ſcio (ita loquitur CL. Vir) ſimile quid legere eſt, triplicem ſcil. ſpinam lapideam *intra duram piamque matrem* repertam adnotavit *Pentecoſt. V. Obſ.* 14.

§. 40. In NERVO OPTICO repertos conſtat ex hiſtoria, quam nobis ſubpeditat *Nicol. de BLEGNY in Zodiaco Medico Gallico A.C.* cIↄ Iↄc LXXIX. *Menſe Aprili Obſ. XIV. p.m.* 81. ubi refert in Cadavere Illuſtris Dominæ de la Loupe repertum *lapidem*, *Phaſeoli magnitudine*, in origine, atque ipſa nervorum opticorum ſubſtantia unde illico dolores capitis atroces exorti, poſtmodum febris ardens, cœcitas, immo mors ipſa, luminis exſtinctioni triduo poſt ſuccedens. Teſteſque adducit Dominos VIEILLARD *de Dreux*, & *Hubertum de* NOGENT, Medicos celebres, oculatos teſtes.

§. 41. In OCVLIS an reperti aut generari poſſint calculi, nec propria nec aliorum doctiſſimorum obſervationibus reſcire potuit *IÆPSERIVS part.* 3. *cap.* 3. *p. m.* 535. Interim ibi ſi calculus poteſt oriri, inde viſus hebetudo, tandem cœcitas, ſcribit *I. G. SCHENKIVS Lithogenes. in Epitome Theorica*):(4. b. Jam vero in Oculis ſæpe naſci lapides, quia liquor ſalis, qui eſt in capite, ſedere poteſt ad Oculum, IDEM *cap.* 2. *Ibid. p.m.* 3. confirmat ex *Theophraſto* PARACELSO. Sic in Oculi globi alta ſede tophulum minimum impactum acicula quidam ſibi eximi curavit, quem monſtravit Dn. D. PLATERO, qui refert *Tom.* 3. *Prax. l.* 2. *c.* 15. Et PANAROLVS *Pentecoſt.* I. *Obſ.* 38. ſcribit: *Calculum* ſub oculo *natum in muliere vidi, qui non ſine dolore paullatim ſupra maxillam ſuperiorem deſcendens, tandem per os excretus fuit: Lapis vero cinericei coloris maximam duritiem habebat.* Ex hoc repetit SCHNEIDERVS *l.* 3. *de Catarrhis cap.* 7. *p m.* 235. In ANGVLIS qq. Oculorum poſſe naſci innuit Illuſtris *Melch.* SEBIZIVS,

Promotor

Promotor olim meus honoratissimus in *Disp. I. de Crisibus, Parergo VIII.* Argentorati A. C. 1627. Hinc ex oculorum angulis per lapidis nephritici usum expurgatam magnam arenularum copiam testatur CAMERARIUS *Cent. VIII. Memorabil. med. 35.* Quin immo de LACRYMIS PETREFACTIS vide omnino Dn. D. *EMERI Obs. ap. Nicol. de BLEGNY in Zodiaci Medico Gallici Anno I.* seu A. C. cIↄ Iↄc LXXIX. mens. Martio *Obs. VIII. p. m. 63. seq.* & Mens. April. *Obs. XIII. p. m. 79. seqq.* Verum fraudem hanc vide quoque apud EUNDEM *Ibid. mens. Junio Obs. 1. p. m. 97. seq.*

§. 42. In PALPEBRA etiam concrescere lapides constat ex AËTIO *Tetrab. 2. serm. 3. c. 80. & I. C. SCALIG. Exerc. CVIII. sect. 3.* ap. *Ioh. SCHENK,* & *SENNERT.* atque D. *BECKHER. l. 1. Med. Microcosm. c. 15.* it. *C. GESNER. de figuris lapp. &c. cap. XII. p. m. 144.* a. SCHNEIDER. *l. 3. de Catarrh. c. 7.* Nimirum ex ora palpebræ, ubi hordeolorum collectiones fiunt, lapillum tritico figura, colore, magnitudine parem, duritia superiorem, eximi jussit *Iul. Cæs.* SCALIGER ap. *I. G.* SCHENK. *Lithogenes. c. 2. p. m. 3.* Et ex palpebra lapidis nephritici usu expurgatam magnam arenularum copiam scribit CAMERAR. *Cent. VIII. memorab. med. 35.* Immo & in CILIIS viri, prognatos calculos meminit *Henricus RUFUS Obs. V. Riverio communicat. p. m.* 307.

§. 43. In AURIBUS an calculi reperti vel generari possint, nec propria, nec aliorum doctissimorum experientia rescire potuit *JOEPSERIUS part. 3. c. 3. p. m. 535.* Tamen nullus dubitat, quin succus lapidescens in tortuosos aurium meatus irruens tractu temporis indurari atque ex eodem calculus generari possit. Hinc in Auribus Viri cujusdam natos meminit *Henricus RUFUS Obs. 5. Riverio communicata p. m.* 307. Ac *Th. BARTHOLINUS in Actis Hafniens. Vol. I. obs. 45. p. m.* 82. refert uxorem suam post cephalalgiam lateris dextri circa os petrosum cum cerumine ex aure dextra extraxisse arenulas, & nullum inde damnum perpessam: Dolor dein desiit. Caussam fatetur se ignorare, utut sciat calculos in quavis corporis parte concrescere: Opinatur tamen forte à calore cerumen induratum, & inde arenulas enatas,

tas. Sic Illustris D. D. *J. J.* *WEPFERUS in literis* Scaphus. 9. Januar. 1686. ad me ita: *Inter mea reperi quoque calculum in aure repertum a D. D. BRUNNERO apud Monachum Wettingensem. Nuper dum apud Reverendiss. Principem Einsidlæ eram,* D. D. *MILLERUS,* Tugiensis, *narravit hactenus plures huic Monacho in aure natos & exemtos cum maximo dolore calculos fuisse.* Ipsam historiam prolixius nobiscum communicavit Excellentiss. Dn. D. BRUNNERUS noster hisce: *Sed in meatu auditorio generari calculos, mihi Anno 1684. in Monasterio Wettingensi prope Thermopolin, ubi Helveti Comitia agere solent, videre contigit.* RR. DD. *Patrum quidam magnam lapillorum vim exclusit per fistulam urinariam, tanto cum nixu, ut dum quondam ipsum deficerent alia ad enitendum calculum in urethra hærentem instrumenta idonea, arrepto clavo, qui forte ad manus erat, commodum inde confecerit instrumentum, quo in urethram immisso, calculum horrendum visu enixus est. Id quod singulis fere mensibus accidit, ut in variis, quæ excogitavit ad excludendos calculos artificiis, jam omnes pæne superet lithotomos. Sed hoc mirum, tanto hunc afflatum esse Spiritu Gorgoneo, ut præter renum calculos, singulis in mensibus in meatibus auditoriis subnascantur alii, quos facili abhinc negocio expromere solet. Integras scatulas lapillis variæ magnitudinis atque figuræ plenas, tristes acerbissimorum dolorum testes monstravit, ex quibus grandiorem mihi in aure dextra genitum dono dedit, qui inter curiosa Ven.* D. D. *WEPFERI asservatur.* Sic jam olim calculos generari in poro ἀκουστικῷ confirmavit Magnus *Melch. SEBIZIUS Disp.* 1. *de Crisib. parerg.* 8.

§. 44. In NASI Parte anteriore fuisse natos calculos ac repertos, testantur seduli Naturæ Mystæ *H. ab HEER, Thom. BARTHOLIN. Conr. Victor SCHNEIDERUS,* alii scribit Celeb. *Gabr.* CLAUDERUS *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Cur. Obs.* 79. ubi Ipsemet addit exemplum Sexagenariæ, cui calculus extractus ad magnitudinem avellanæ nucis, formæ tamen magis rotundæ: In utroque latere alatus quasi erat, vel lata præditus excrescentia, quæ tantam præ se ferebat duritiem, ut penetrabili mallei confringentis efficaciæ vix obediret. Pariter Excell. Dn. D. *I. M. FABER* Consil. & Archiat. Würtemberg. Phys. Senior & Primar. Lib. Reip. Heilbronnensis, Acad. Curios. digniss. Fautor & Amicus fraternus in eruditissimis suis de 7. Decembr. 1685. ita ad me:

Novi

Novi & asservo rarissimum calculum, vel potius verum tophum e naso feminæ, qui dimidii fere pollicis quantitate est, quocum & alios minores, ultra 30. excrevit, atque una frustum pituitæ crystallinæ, propria tunica conclusæ, ossis sepiæ figuram exacte exprimentis. Hæc omnia autem per sternutationem expulit.

§. 45. PLATERVS *in Prax. Tom. 3. l. 2. c. 15.* asservat calculum pisi magnitudine, album, friabilem, emunctum, quem non in capite, sed naribus genitum vult. Et quidem recte. Sic in Nobilis Veneti, qui diu olfactu destituebatur, naso, circa cerebri basin, lapidem compressum, Taleri nummi instar, sed non omnino rotundum, cinericeo colore, qui os cuneiforme & olfactus meatus plane impediebat, reperiit GARNERVS *de Obss. suis Ioh.* SCHENKIO *lib.* 1. communicat: Et Virgo Danica emunxit lapides per nares, magnitudine Dactylorum, post præcedentes capitis dolores, ap. *Th.* BARTHOLIN. *Cent.* 1. *hist.* 33. In foraminibus Ossis cribriformis inventum fuisse calculum testatur GRADVS, ut est ap. FOREST. *super Rhas cap.* 14. *de Calculo Renum,* ait JOEPSERIVS *Manuduct. ad vitam longiorem part.* 3. *c.* 3. *p. m.* 534.

§. 46. Notabile inter alia est quod communicavit mecum Celeberr. J. J. WEPFERVS *in literis* supra laudatis ad me sequentibus: *Non possum non addere historiam de* Calculo in nare *reperto, fortean publicam lucem merentem. Anno* 1680. *d.* 1. *April. cum Tubingam Stutgardia redux transirem, in ædibus Ampl. Dn.* Abrahami Riekii, *Consulis & Chirurgi Præstantissimi, ubi divertebam, me convenit B. Z. honesta Matrona, vidua, Septuagenaria major. A longo tempore in* nare dextra *corpus aliquod animadvertit sibi permolestum; nam non solum ipsam gravavit, sed ductum ita obturavit, ut respirationem impediverit. Irritamen erat ad continuum naris stillicidium quoddam aqueum. Plures crediderunt polypum, & quidem exulceratum in hac nare detineri. Circa vesperam cum Dn. Riekio in hoc corpus inquisivi: primo intuitu occurrit tumor in apice exulceratus, labia inæqualia & nigra, sinum habens profundum: Erat durus & mobilis instar corporis cujusdam vel ossei vel lapidei. Interstitium narium rectum nullibi incurvum erat, nec tumor ipsi aut pinnæ adhæsit. Dum tumorem volsella apprehensum traxi, frustulum lapideum ab illo*

avulsi, simile topho dentium negligentius habitorum. Commoto volsella tumore simul movebatur dens unicus superstes, sive caninus, sive incisor, isque cariosus in maxilla superiore. Ob subitam exortam tempestatem tonitru & fulgetris terrificam illa vespera nihil ulterius tentavimus. D. 2. April. mane denuo tumorem volsella arripui, antrorsum ad naris pinnam traxi, blande hinc inde illum versavi, citra ullum dolorem, aut hæmorrhagiam. Tandem fortiter volsella constrictum cum violentia quadam totum evulsi. Subsequebatur quidem hæmorrhagia largior, verum illam protinus compescuit Dn. Riekius pulvere suo sanguinem sistente: Paravit turundam ex frustulo fungi, quem crepitum lupi vocant, madefactam conspersit pulvere, atque illa narem obturavit; e momento ne guttula quidem sanguinis vel e nare, vel ex postica parte palati amplius fundebatur. Illo mane Dn. Riekius dentem evellere voluit, verum hoc a Matrona hac vice impetrare nequiit. Excell. D. D. *Elias Rudolf.* CAMERARIUS, Archiater & Prof. Serenifs. Ducum Würtemberg. bene meritus, Collega meus gratissimus, *d. 29. Aprilis 1680. scribsit ad me, Dn. Riekium reliquias quasdam calculosas cum excrescentia carnosa postea sustulisse. Idem tandem quoque dentem evulsit, ne novus calculus succresceret. Anno 1683. d. 31. Oct. Illam Stutgardiæ in ædibus Exc.* D. D. STURMII, Polyglotti celeberrimi, *compellavi; nullum vestigium tumoris in nare dextra reperi; querebatur autem de asthmate a bronchiorum infarctu. Illam non ita pridem nunc fatis concessisse intellexi. Corpus hoc extractum, quasi membrana obductum, nihil nisi tophus lapideus erat,* longior uncia, angustior uncia, alicubi crassior penna anserina, alibi minus crassus, inæqualis, anterius niger, in postica parte flavus; ubi frustulum avulsum fuit, albicans erat. *Credidimus in nare concretum, e muco narium, ob radicem dentis in narem perviam, non secus ac tartarum, seu tophos incuriis circa dentes adherescere & indurari solet.* Hactenus Optimus Senex WEPFERUS.

§. 47. In PALATO lapides procreari videre licuit *Cæcilio* FOLIO, Anatomico Veneto, ceu perscribit ad *Th. BARTHOLIN. Cent. I. Epist. 62. p. m. 255.* De lapide Annæ Rietmanniæ per palatum ejecto, avellanæ fere magnitudine, fusius relatio potest videri ex Epistola D. *Ulrici* RIETMANNI, Medici Lindaviensis apud

apud *FABRIC. Hildanum Cent. V. Obſ.* 1. *f. m.* 379. *ſeqq.* qui prolixe qq. mentem ſuam ſuper hoc calculo aperit *Caſp.* HOFMANNO; cui hic etiam reſpondet *Obſ. ſeq.* 2. ubi nim. proprie hic lapis fuerit natus, & quomodo ad palatum pervenerit, ſimulque ejus figuram depingunt. Adde *Theoph.* BONET. *in ſchol. ad lib. I. Sepulcreti ſect.* 1. *Obſ.* CXI. *f.* 67.

§. 48. Nec FAVCES volunt immunes diſcedere ab hac microcoſmi lapicidina, ſiquidem quidam dixerunt ſe vidiſſe lapidem generatum *in* FAVCIBVS, ait NICOL. *Flor. ſerm. V. tract.* 9. *c.* 12. ap. *Joh.* SCHENK. *l.* 1. *Obſſ. f. m.* 202. *b.* Conf. etiam *Joh. Georg.* SCHENK. *in Lithogeneſ. c.* 3. *p. m.* 3. An huc poſſit referri exemplum feminæ Norimbergenſis de ſumma deglutiendi difficultate conquerentis cum vehementi in Collo dolore, quo ceſſante, & mole quadam ad latus dextrum ſub diaphragmate translata ſubito, ac inde eadem velocitate ad pubem deſcendente, unde tandem tres calculos piſa ſuperantes ex veſica ejecit, nullo ſubſecuto incommodo ceu refert Ill. & Magnif. Dn. D. I. G. *VOLCAMMERVS*, S. Cæſ. Maj. Medicus Comes Sacri Palat. Cæſar. Academiæ Leopoldinæ Imperialis Naturæ Curioſ. Præſes, & Collegii Medici Norimberg. Senior Primarius, Fautor noſter honoratiſs. & Amicus Maximus in *Dec. I. Eph. Germ. Cur. Ann.* 2. *Obſ.* 227. *p. m.* 329. de hoc diſpiciant alii. Ceterum *M. A.* SEVERINVS *de Abſceſſ. natura l.* 4. *c.* 28. *p. m.* 259. Neapoli A. C. 1640. e tuberculo circa jugularia vaſa exſecuit calculum caſtaneæ forma & magnitudine, inæqualem, ſemiſepultis quaſi botris undique diſcretum lapidea denſitate, qui aquæ injectus rubellus perſtitit teſte *Phil. Iac.* SACHS. *Schol. ad Ephem. Germ. Cur. Ann. I. Obſ.* LXVI. *p. m.* 165.

§. 49. In GVTTVRE prognatos lapillos teſtatur IBN-TSINA *l.* 3. *Fen.* 9. *c.* 9. ap. SENNERT. *Inſtit. Med. p. m.* 228. Sic in Sacerdote ſexagenario ſanguinei temperamenti in gutture juxta finem mandibulæ dextræ inferioris lapidem durum & compactum ad pyri ſilveſtris formam compoſitum, qui cauda ſua muſculis maſſeteribus infixus erat, & globulum ſclopeti referebat, facili negocio extraxit & curavit *Dionyſ.* POMARET *Obſ. VII. Riverio communicat. p. m.* 353. Ante 8. annos miles Francotalii propter ulcus in gutture per 6. Septimanas vix reſpirare, minus

cibum assumere potuit, præter juscula carnium; sæpe cum metu suffocationis: Hic frustra internis & externis adhibitis remediis natura stimulante tandem evomuit calculum instar fabæ Romanæ, confestimque pristinæ restituebatur sanitati, ceu *αὐτόπτης* ad me perscribsit Nobil. atque Expertiss. Dn. D. FABRITIVS, Præsidii Francotalens. Electoral. Pal. Physicus Ord. præclarus, in lit. 27. Novembr. CIↃ IↃCXXCV.

§. 50. In TONSILLIS nasci calculos confirmant *Nicol. FLORENT. serm. V. tr. 9. c. 12. PLATER. Tom. 3. Prax. l. 2. c. 15. Melch. SEBIZIVS disp. 1. de Crisibus parerg.* 8. Ita in Canonico Ratispon. in abscessu tonsillarum faucium lapidem generatum refert *Ioh. LANGIVS l. 2. Epist. 57. p. m. 757.* e quo *Ioh. KENTMANN. l. de calc. in hom. num. 2. p. m. 3. a.* ut & *I. G. SCHENK lithogenes. c. 3. p. m. 3. seq. BECKHER. in Med. Microc. l. 1. c. 15.* & *I. C. DIETERICH. Iatr. Hippocr. p. m. 713.* Simile exemplum in Sculteto pagano observavit *Ioh. IESSEN. de Obss. propr. per Laur. SCHOLZ.* missis *Ioh. SCHENKIO l. 2. Obss. Med. f. m. 210.* Dn. Hennop, Superior Vigilum Præfectus Elect. Palat. quem vulgo Majorem vocant, tumorem diu sensit in tonsillis, adeo ut fere fauces occluderentur. Verum fortuito aliquando vectus curru retrorsum in fossam præcipitabatur, terrore ergo perculsus percipit disrumpi alterius tonsillæ tumorem, e quo prodiit lapillus instar fabæ minoris, sed durissimus. Paullo post & alterius tonsillæ tumore rupto, alius lapillus, priori q; consimilis prodibat, ambos autem dedit D. D. RVTDÖRFERO, t. t. Medico Oppenheimensi, ceu Ipsus Dn. Aeger mihi retulit in Julio 1680.

§. 51. In MAXILLIS etiam inueniuntur calculi. Sic in Vidua Sexagenaria ex apostemate maxillæ dextræ a Chirurgo aperto, & fortius compresso prosiliit lapis magnitudine, & forma grani tritici, eaq; curata est, ceu CAMERARIVS de Obs. *Joannis HESSII* communic. *Ioh. SCHENK. l. 1. Obss. Med. f. m. 196.* refert. Hinc si ejusmodi calculi sint in dentibus & maxillis, potest oriri deformitas & scabrities dentium, erosio & dolores eorundem, putrefactio gingivarum ita judicante *I. G. SCHENKIO Lithogenes. in Epitome Theorica*):(4. b. Immo in maxillis equorum lapides concrevisse ex *ABSYRTO l. 1. Artis Veterinar. c. 18.* refert *Ioh. LANGIVS l. 2. Epist. 57. p. m. 759.*

§. 52.

§. 52. In GENA sive MALA nasci testis oculatus est elegantissimis & doctissimis scribtis celeberrimus *Ioh. Heinr.* MEIBOMIVS in curioso *Comment. ad Hippocratis Ius Iurandum cap. XVI. n.* 2. his verbis: *Vidimus nos ante quadriennium & quod excurrit ex vitrorum conflatoris* gena dextra *a balneatore Lubecensi exemtum* lapidem teretem, colore subruffum, magnitudine ossis dactylorum, *quem per triennium fere gestaverat æger. Primis annis tumorem tantum hic sentit durum, & ex eo nonnihil incommodi, cui emolliendo & tollendo, multis usus fuit inunctionibus, cataplasmatibus & emplastris, sed frustra: Tandem processu temporis sorex suo indicio se prodidit, vel exitum potius ipse quæsivit, dirupta parum cute, quam mox balneator paullatim latius diduxit, hospitemque latentem in lucem protraxit.*

§. 53. *Videmus & circa* DENTES (sunt verba Doctissimi Itali *Andreæ* CÆSALPINI *l. 2. Quæst. Med. 24. p.m.* 240. a.) *sub gingivis sordem aliquando crustosam lapidescere.* Quod confirmant quoque *Alex.* BENEDICT. *lib. 6. de Cur. morbb. c. 2.* EVSTACHIVS *Rudius c. 29. de dentibus.* PLATER. *Prax. tom. 3. l. 2. c. 15.* FONSECA *l. 1. c. 5. de Calc.* ap. *Ioh.* SCHENK *l. 1. Obss. Med.* & *I. G.* SCHENK *de Lithogenes. c. 3. p. m.* 4. Scilicet humores oris ad dentium radices impingentes, ibi per quietem, maxime nocturnam, in tartarum durum coagulantur, uti sentit *Ol.* BORRICHIVS, Illustre Meditrinæ in Dania sidus, *in Actis Hafniens. Vol. V. p. m.* 193. Fuse quoq; unde dentium Tartarus oriatur, proponit AVCTOR *Oeconomiæ Animalis* (quem aliqui Celeberr. Archiatr. Brandenburg. D.D. CRAAN credunt) *cap. 1. Qv. 9. p. m. 7. Goudæ* 1685. *in* 8.

§. 54. Sub LINGVA etiam parvos nasci calculos ex collectionibus circa ossa testatur HIPPOCRATES 2. *Epidem.* ap. *Andr.* CÆSALPIN. *l. 2. Qv. Med. 24. p. m.* 240. Unum lapidem sub lingua cujusdam Heroinæ natum & inde evulsum instar strobili conspicatus sum, ait *Hieron.* MONTVVS ap. *I. G.* SCHENK. *Lithogenes. c. 4. p. m.* 4. Alium lapillum ex tibicine Saxonico extractum habuit *I.* KENTMANNVS, qui durus, ut bina pisa magnus teresque, cum arefacta atque excorticata lauri bacca similitudinem habens, colore spadiceus & justæ gravitatis ap. *I. G.* SCHENK. *l. a. p. m.* 5. Talem vidit & manibus contrectavit in nosocomio Hallensi *Matth.* VNZERVS *de Nephrit. l. 1. c. 5. p. m.* 34. forma dactylo respondentem, sub lingua cujusdam mulieris natum apud *P. I.* SACHS. *de miranda lapp. nat. p. m.* 98. *seq.* ZACVT. *Lusit. l. 1. Prax. adm. Obs* 72. narrat cuidam intumuisse linguam & cum alia nihil prodessent remedia, incisam

reddi-

reddidisse lapillum durissimum, quantitate avellanæ. *SCHNEIDER. l.* 1. *de Arthrit.& Podagrae. c. 6. p.m.* 607. ait: *Semel vidi in lingua venis, quas Graci ὑπογλωτίδας, nostri Raninas vocant, præ maxima ariditate sanguinem in lapideam duritiem conversum. Petrus ESTANNIUS obs.V.* Riverio communicata *p.m* 348. inquit: *Vir quidam quadragenarius graves & frequentes in fauces & tonsillas fluxiones patiebatur. Tandem animadversum est lapillum sub lingua concretum fuisse, qui facile extractus est, agerq; ab eo tempore fluxionibus prædictu vexatus non fuit. Heinrich. van ROONHUYSEN lib.*1. *obs.Chir.*29.*p.m.*125.*seqq.* recenset Magistrum suum A.C.1645. d.2 Nov. a longo tempore viri cuiusdam tumorem magnum, qui ad triennium loquelam impediebat, ita feliciter curasse sub lingua ad ejus radicem, ut illo aperto extraxerit duos calculos, alterum Castaneæ, alterum amygdalæ magnitudine, viroq; statim loquelam reddidisse. *Rich. WISEMAN. lib.IV.cap.*8. de Ranula *obs.*3. refert se per incisionem sub lingua lapidem extraxisse Olivæ nucleo similem ap. *Ioh. GRÖNEVELT in diss. Litholog.art.V.p.m.* 5. A.C.1640.d.2.sept.st.n. D.D. *Ioh. Georg. WIRSUNGIUS,* Practicus Patavinus, lapillum figura oblonga sub lingua cujusdam feminæ Patavinæ infixum in dextra fræni parte maximos cruciatus caussantem extraxit, sicq; imunem a doloris acerbitate reddidit, teste *I. C. DIETERICH. Iatr. Hipp. p.m.* 713. *Ioh. Guilh. HOCHSTAT* ad Celeb. D.D. *W. E. SCHEFFERUM,* Physic. Francofurt. ceu tanto patre filius dignissimus Dn. Sebast Schefferus (heu nuper nobis ademtus!) refert in Analect. ad Ephem Germ. Cur. Ann. III. p. m. 299.

§. 55. In LINGUAE LIGAMENTO genitum lapidem calcis induratæ colore & consistentia duorum hordei granorum in Viro Cl. *Ioh. Ludero,* I.V.D. & P.P. Helmstadii, pollice atq; indice digito linteolo involutis, compressum extraxit *I. H. MEIBOM.* ceu scribit *in nott. ad Hippocr. Ius Iur. c. XVI. n.*3. Sub lingua in carne illa molli ei substrata in sene vidit *Frideric. LOSSIUS l.* 1. *Obs.* 33. lapidem genitum levem & tophaceum, longiorem, instar lapillorum in capitibus asellorum mollium repertorum, qui sponte sua decidebat triennii spacio, alio subnascente. Hic erat admodum molestus eo tempore, quo decidere incipiebat, ita ut lingua magnum inter loquendum & masticandum perciperet nocumentum. A.C 1669 in cive Echinopolitano per Chirurgum post gravissima symptomata tres calculos exemtos vidit *I. ÆPSERIUS part.*3.*c.*3.*p.m.*535. quorum primus gryseus fabæ formam & magnitudinem referebat: secundus priore paullo minor; tertius magnitudinem grani hordei præ se ferebat. Conf. *Zacut. Lusit. l.* 1. *de Med. PP. hist.* 70.

§. 56. Duo alia exempla refert *Sam. LEDELIUS Ann.IX.& X. Eph.Germ. Cur. Obs.* 144. Bina alia feliciter excisorum comunicavit *Anton. STATLENDER Chir. Simoni SCHOLZIO Ann.III Eph.Germ.Cur. obs.*1. Aliud *TIMÆUS* a Güldenklee *l.*1.*cas.*35.*p.m.*69: Rursus unum refertur ex ACTIS PHILOSOPHICIS ANGLICAN. *N.*83.*p.*4062. *in Ann. III. Eph. Germ. Cur. obs.* 1. Plura videantur de Lapidibus sub lingua natis & inventis ap. *EBNZOAR l.*2.*Theizir.tr.*2.*c.*2. ap *GESNER. de lapid. figur.* c.12. *p.m.*144. & *Th. a VEIGA* ap. *I.G. SCHENK. Lithogenes. c.*4. *p.m.*4. *NICOL. FLORENT. serm.*4.*tr.*1.*c.*8.*& serm.*5.*tr.*9. *c.*12. *GUAINER. tr. de Calculi passion. c.*1. *Corn. GEMMA l.*1. *Cosmocrit. c.*6. *Iacob. de FORO LIVIO comm. ad l.*4. *aph.*79. *Hipp.* ap. *GUAINER. l. a. Alex. BENED. CARDAN. & IOUBERTUS* ap. *I. G. SCHENK. l. c. Hieron. MONTUUS l.* 4. *Anascev. morbb. FOREST. l.*14. *obs.*26. *& in schol. & l.*24. *obs.*13. *in schol. TIDICÆUS, SEIDELIUS in obss. ap. I. SCHENK. l.*1. *obss. med. PLATER. Prax. tom.*2.*c.*7. *p.*284. *& t.*3. *l.*2.*c.*15. *KENTMANN. l. a. n.*3.*p.m.*4. *Steph. Roder. CASTR. l.*4. *de meteor. microc. c.*16. *Thom. BURNET. thes. med. pract. l.*3.*s.*3.*p.m.* 106. *SCHNEIDER. l.*3. *de Catarrh. c.*7. *Nicol. FRANCHIMONT. l. a. Ioh. BEVEROVIC. de Calc. ren. & ves. c.*6. *BORELL. Cent.*2. *obs.* 17. *M. SEBIZ. disp.* 1. *de Crisibus parerg.*8. *Dan. BECKHER. l.*1. *Med. Microc. c.*15. &c. Hæcq; de Lapicidina in Capite Microcosmi sufficiant.

F I N I S.